Digitized by Google








Tabula in hoc opere cõtentorum ordinata
per literarum subsequentur.
Kalendarium ad inuentionem festa mobilia vsq;
ad annum. M.CCCCC.xx.
Calendariũ festiuũ vite romanũ (cũ versiculis
ad manũ seruientib⁹ tã latinis q̃ vulgaribꝰ
Quatuor euangelia cũ passione secũdm rohez
Hymnos de ãgelis secundum verum vsum ad
horas sine relegatione ad prius dicta.
Preparatiões misse & oratio post eã dicẽda
Septem psalmi penitentiales cum letaniis suis.
Vigilie & reliquũ officiũ p defũctis ad lõgũ
Hore de sanctissima cruce.
Hore de sancto spiritu.
Hore de conceptione dñe virginis marie
Missa de beata maria semper virgine.
Hore de sancta barbara virgine & martyre.
Orationes & suffragia solita.
Ad sanctã trinitatẽ. Ad deũ pẽm. Ad deũ filiũ. Ad deũ spiritũ sanctũ. Ad xp̃i faciem.
Ad dñam nr̃am. Obsecro. O intemerata. Stabat mr̃ (De apl̃is. Petro. Pau. Iaco. & ceteris
(De martyrib⁹. Stepl̃i. ão Laurẽ. Christofo
Sebastião. (De confessoribꝰ. Nico. Antonio.
(De virginib⁹ & vẽginib⁹ Anna Magdale.
Catherina. Margareta. Barbara. Apolonia.
Septem orationes sancti gregorii.
Quindecim orationes sancte brigide.
Missus est. cũ oratione p̃ si quis mutuo tenetur.
Que omnia sunt summa accuratione impressa.

Almanach pour. xxiii. Ans.

La date de lannee	Les brandõs	Pasques	Nõbre doz	Lettre	Le dim calc	Differ
iiiixx xvii	xiii feurier	xxvi maro	xbi	iii decembr		
iiiixx xviii	iiii maro	xv auril	xbii	ii decembr		
iiiixx xix	xvii feurier	xxxi maro	xbiii	i decembre		
v ccens	viii maro	xix auril	xix	xxix nouēb.		
vcens vng	xxvii feurier	xi auril	i	xxviii nouē.		
vcens ii	xiii feurier	xxvii maro	ii	xvii nouēb.		
vcens iii	v maro	xvi auril	iii	iii decemb.		
vcens iiii	xxv feurier	vii auril	iiii	i decemb.		
v ceno v	ix feurier	xxii maro	b	xxx nouēb.		
v ceno vi	i maro	xii auril	bi	xxix nouem.		
v ceno vii	xxi feurier	iiii auril	bii	xxviii noue.		
v ceno viii	xiii maro	xxiii auril	biii	iii decemb.		
vceno ix	xxv feurier	viii auril	ix	ii decemb.		
vceno x	xviii feurier	xxxi maro	g	i decemb.		
v ceno xi	ix maro	xx auril	xi	xxx nouem.		
vceno xii	xxviii feurier	xi auril	xii	xxviii nou.		
v ceno xiii	xiii feurier	xxvi maro	xiii	xxvii noue.		
v ceno xiiii	v maro	xvi auril	xiiii	iii decemb.		
v ceno xv	xxv feurier	viii auril.	xv	ii decemb.		
v ceno xvi	x feurier	xxiii maro	xvi	xxx nouem.		
vceno xvii	i maro	xii auril	xbii	xxix nouem.		
vceno xviii	xxi feurier	iiii auril	xbiii	xxviii noue.		
vceno xix	xiii maro	xxiiii auril	xix	xxvii noue.		
v ceno xx	xxv feurier	viii auril	i	ii decemb.		

Qui veult scauoir les brandons: Pasques Le nombre doz La lettre dñicale: z le byssexte depuis lā. m. v. v. z. v. vii. iusques a lan. v. ccens et. vv. inclusiuemēt: Regarde en ceste figure a la ligne dicelle date: et il y trouuera les choses dictes dessus.

Les lunes sont communemēt nouuelles chescū moys au cinquesme iour deuant le nombre doz qui court pour lannee



Ianuarius habet dies. xxxi.
Luna. xxx.

iii		Circūcisio dñi. vii	c	anthonii
	b	oct. stephāi	d	prisce virgis.
xi	c	oct. iohis xv.	e	
	d	oct. innocē. iiii	f	fabiani & seb.
xix	e		g	agnetis vgis
viii	f	Epyphania xii		vincentii.
	g		i	b emerenciane
				c thimothei.
xvi				
v	b		ix	d Cōuer. pauli
	c	pauli here.		e policarpi.
xiii	d		xvii	f iuliani epi.
ii	e		vi	g agnetis secdo.
	f	oct. epyph.		
x	g		xiiii	b batildis
			iii	c cirici & io.
xviii	b	marcelli.		

Ciſio ianus pi venerabr hil quoq; mercāt.
Priſca fab ag vincēti paulus iulq; valerus.
En ianuier que les roys ve nus font.
Glau me dit fre min mot font
An thoin boit le iour vin cent fois
Pol lus en font tous ses dois

Februarius habet dies. xxviii
Luna. xxix.

	d	ignatii epi	vii d	faustini.
xi	e	Purificatio	e	iuliane vgis.
xix	f	blasii epi.	xv f	
viii	g	gilberti.	iiii g	
		Agathe vg.		
xvi	b	dorotheev.	xii b	
v	c		i c	
	d		d	Cath. s. petri.
xiii	e	apoloniev.	ix e	Vigilia.
ii	f	scolastice	f	Mathie apli.
	g	sotheris	xvii g	
x			vi	
	b	fulcranni	b	
xviii	c	valentini.	xiiii c	

Ig pur blasus agat sub febre scolastica valent
Iu li conjunge tu petrum mathiam inde.
Au chan de lier a gathe beut
Mais le vin si fort les meut
Qui l tu a pres dausi.
Pier res ma thi as ausi.

Martius habet dies. xxxi.
Luna. xxx.

iii	d	albini epi	vii f	
	e			g
xi	f		xv	
	g	adriani	iiii b	
xix				c benedicti.
viii	b		xii d	
	c	perpetue	i e	
xvi	d			f
v	e	xl martyri.	ix	g Annunciatio.
	f			
xiii	g		xvii b	ruperti
ii		gregorii	vi c	
	b			d quintini
x	c		xiiii c	
	d	longini	iii f	sabine
xviii	e			

Martius officio decoratur gregoriano.
Gertrud alba bene iuncta Maria genitrice.
Au bin dit que mars est pril leux.
Cest mon fait gregoir il est feux
Et tout prest de donner des eaux
Ma ri edit il est caux.

Aprilis habet dies. xxx. Luna xxix.

	g				isidori
xi	A		xv	b	aniceti
	b		iiii	c	
xix	c	ambrosii		d	
viii	d		xii	e	
xvi	e		i	f	
v	f	eufemie		g	fotheris
	g		ix	A	Georgii.
xiii	A			b	
ii	b		xvii	c	Marci euãge.
	c		vi	d	cleti pape.
x	d			e	
	e		xiiii	f	vitalis marty.
xviii	f	tiburcii	iii	g	petri martyr
vii	g	helene regine		A	sigismundi.

April in ambrosii festis ouat atq; tiburci.
Et valer sanctiq; geor marciq; vitalis.
En auril ambroise vint.
Droit a leon la se tint
En son temps estoit en balle
Geor ge mar chant de go dalle

Maius habet dies. xxxi. Luna. xxx.

xi	b	Philip. et ia.	xv	d	trãsl. bernar.
	c		iiii	e	
xix	d	Inuẽ. cruc.		f	potentiane.
viii	e	floriani	xii	g	bernardi.
	f	gothardi	i	A	
xvi	g	iohis apli		b	Helene regie
v	A		ix	c	
	b	appari. mi.		d	
xiii	c	trãsl. nico.	xvii	e	transl. francis.
ii	d	gordiani	vi	f	eleutherii.
	e			g	iohannis.
x	f		xiiii	A	
	g		iii	b	
xviii	A	bonifacii		c	felicis
vii	b	ysidori	xi	d	petronille
	c				

Philip crus & goth iohã & nicolas hñt tot.
Quot bernard' ad hoc helene venerabilis &
Iques croix dit que iehan est moy (pe.
Nicolas dit il est vray
Honnorez sont saiges & sotz
Carmes augustins & bi gotz.



Iunius habet dies.xxx.
Luna.xxix.

	e	iustini	iiii	f
xix	f	marcellini		
viii	g		xii	marcelliani.
xvi	A		i	b geruasii
v	b	bonifacii		c siluerii.
	c	claudii	ix	d
xiii	d			e paulini
ii	e	medardi	xvii	f Vigilia.
	f	primi mar.	vi	g Nat.ioh.bap
x	g			Eligii epi
	A	Barnabe	xiiii	b iohis & Pauli
xviii	b	basilidis	iii	c
vii	c			d Vigilia.
	d		xi	e Petri & pauli
xv	e	viti & mo.		f marcialis


Ius marcell⁹ habet venerar̃ barnab apostol
Cir quoq; ger silue pauli iohā optiepe pol.
En iuing a lon bien sou uent.
Grant soif ou bar na be ment
En son temps fut prins com ler res
Damp iehan, e loy & dam pier res.



Iulius habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

	g	oct.s.iohis.		b alexii pfesso.
viii	A	Visitatio.xii		c simphorose.
	b		i	d
xvi	c	trasl.s.mar.		e margarete
v	d		ix	f victoris
	e			g Marie magd
xiii	f		xvii	A apolinaris.
ii	g		vi	b Vigilia.
	A			c Iacobi apli.
x	b	rufine vgis	xiiii	d Anne.
	c	pii pape	iii	e septē dormi.
xviii	d	naboris		f nazarii
vii	e	priuati	xi	g marthe
	f		xix	A abdō & sen.
xv	g			b germani.
iiii	A			

Iul visit martin benedicito pi na priuati.
Currit ad id, marga magd apol iac an obti
En iuillet martin se combat cet ab ger.
Et dub enbit de lain. Vaillant bat
La sur uint mar guet ingd de lain.
Ia. mar do an ne & germain.



Augustus habet dies. xxxi. Luna. xxx.

viii c Vincula pe. i c oct. laurentii.
xvi d stephani pa. f agapiti
v e Inuē. steph. ix g ludouici
f iustini bernardi.
xiii g ma. de ni. xvii b priuati
ii trāsfi. dñi. vi c oct. b. marie.
b donati epi d Vigilia.
x c ciriaci xiiii e bartholomei
d Vigilia. iii f ludouici regis
xviii e Laurētii g seuerini
vii f susanne xi viuiani.
g clare v̄gis xix b augustini
xv ypoliti mr. c Decoll. s. ioh
viii b Vigilia. viii d felicis
c Assū. marie. e
xii d rochi pfes.

Pe ste ste cū niuib⁹ tibi laurē clarius assum.
Aspice bernarde cū barth. ludouice iohēs.
Pier res et os on get toit
A pres laurens qui bru loit.
Ma ri dors se print a brai re
Bar the le mi fait iehan tai re

Septēber habet dies. xxx. Luna. xxix.

xvi f egidii abba i g eufemie
v g anthonii lamberti.
ix b victoris.
xiii b moyst pfes. c
ii c xvii d Vigilia
d eugenii vi e Mathei apli.
x e f mauricii
f Nati. marie xiiii g lini pape
xviii g gorgonii iii
vii salui b firmini
b prothi xi c cipriani.
xv c maximiani xix d cosme & da.
viii d maurilii e
c Exalt. cruc. viii f Michaelis
xii f nicomedis g hieronimi

Egidiū sep habet nat gorgoniū q̄ crucem q̄
Labertū cū matheo colo cip. damien. hic
Gilles a ce queie vois.
Ma rie toy se tu me croix.
Et pri e des nop ces ma thieu
Son filz fre min cosme mic hie.

October habet dies. xxxi. Luna. xxx.

xvi	f	Remigii	ix	c	
v	b			d	Luce euāgel.
xiii	c		xvii	e	
ii	d	frācisci pf.	vi	f	
	e			g	xi. mi. v̄ginū
x	f	fidis v̄gis.	xiiii	a	
	g	marci pāp.	iii	b	
xviii	a			c	
vii	b	Dyonisii	xi	d	crispini & cri.
	c	cerbonii	xix	e	euaristi pape.
xv	d	nicasii		f	Vigilia.
iiii	e		viii	g	Symois & iu.
	f	geraldi pf.		a	
xii	g	calixti pa.	xvi	b	
i	a		v	c	Vigilia
	b				

Remige francisco marchas dyonisius affert
Aurū lucet & id soleis crisp habet sym̄ō aufert
Remis sont fran coys en vigueur.
De nis nen est pas bien asseur.
Car luc est prison nier a han
Cresp in & is mon a quen.

November habet dies. xxx. Luna. xxix.

	d	Oim scōr.	ix	e	
xiii	e	Cōe aiarū.		f	gregorii
vi	f	restituti	xvii	g	romani.
	g	amanti	vi	a	elizabeth
x	a			b	stephani.
	b	leonardi	xiiii	c	
xviii	c		iii	d	cecilie v̄gis.
vii	d	iiii. corona.		e	clementis.
	e	theodori	xi	f	grisogoni.
xv	f		xix	g	katherie v̄gi.
iiii	g	Martini epi		a	lini pape
	a	martini	viii	b	agricole
xii	b	brictii		c	
i	c		xvi	d	saturnini Vig
	d		v	e	Andree apli

O mors restitues michi corpa martī hyleū.
Optim⁹ es miser⁹ clemēs kath lin⁹ apost an
Sans mors sont les gens bien eu rey.
Com dit mar tin du biez
Aussi fait por rus de mil an
Clement ha the rin & sat an.



Decēber habet dies.xxxi. Luna.xxx.

	f	elegii epi	xvii	A
xiii	g	bibiane	vi	b graciani
ii	A			c
x	b	barbare	xiiii	d Vigilia.
	c	sabbe	iii	e Thome apli.
xviii	d	Nicolai epi		f
vii	e	ambrosii	xi	g
	f	Cōce.ma.	xix	A Vigilia
xv	g			b Natitas. dñi.
iiii	A	eulalie	viii	c Stephāi.pth.
	b	damasi		d Iohānis apli
xii	c		xvi	e Sctōrū inocē
i	d	lucie	v	f thome mart.
	e			g
ix	f		xiii	A silueſtri pape
	g			

Eſt tibi barbara nicol peeptio virginis ē ſol.
Feſta dehic thōe colo nat ſtephi io pueriſq.
E loy fait barba co lart
Ma rie cri e lu ce art.
Dont en grant i re tno mas meut.
De No. E. Ihan In no cent fut.





Innocentiū ciuiū gdii ſcōrū iohannē. Gloria tibi dñe.

In principio erat vbum: & vbū erat apud deū & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud

deū. Oīa p ipsū facta sunt & sine ipo factum
est nichil. Quod factū est i ipo vita erat & vi
ta erat lux hoīm: & lux in tenebris lucet & te
nebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō missus a
deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit i testi
moniū vt testimoniū phiberet de lumie: vt
oēs crederēt p illū Nō erat ille lux: sed vt testi
moniū phiberet de lumie. Erat lux vera q il-
luminat oēm hoiem venientē in hūc mūdū.
In mūdo erat: & mūdus p ipm factus ē: & mū
dus eū nō cognouit. In ppria vēit: & sui eū
nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū de
dit eis ptātē filios dei fieri his q credūt i no-
mine eius Qui nō ex sāguinib⁹ neq; ex volūta
te carnis neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati
sūt. Et v̄bū caro factū ē: & hitauit i nobis. Et
vidim⁹ gl̄iam ei⁹ gl̄iam q̄si vnigeniti a pre
Plenū gre & veritatis. Deo gras. ān. Te iuoca
m⁹ / te adoram⁹ / te laudam⁹ / te glorificam⁹
o beata trinitas. ℣. Sit nomē dn̄i bn̄dictū. ℟.
Ex hoc nunc & vsq; in seculum. ¶ Oratio.

Rotector in te sperantiū de⁹ sine quo
nichil ē validū nichil sētū: multiplica
cā sup nos miam tuā: vt te rectore te duce sic
trās eam⁹ p bona tēporalia: vt nō amittam⁹
eterna. Per xp̄m. ¶ Sequētia sc̄ti euāgelii se-

Deus qui manus tuas & pedes tuos & totū corpus tuū, p nobis pēt̄oribus i ligno crucis posuisti: & coronā spineā a iudeis in despectu tui sacratissimi nois sup caput tuū iposītā sustinuisti: & quinq; vulnera p nobis pēt̄oriboꝰ i ligno crucis passꝰ fuisti: da nobis hodie & quotidie vsum penitētie/ abstinētie/ patiētie/ hūilitatis/ castitatis/ lumen/ sensū/ & itellectū: & purā pscientiā vsq; in finem: iesu christe saluator mundi. Qui cum patre & spiritu sācto viuis & regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen.

O benignissime dñe iesu christe respicere dignerisuper me miserū pēt̄orez oculis mie tue qbꝰ respexisti petrū i atrio: mariā magdalenā i cōuiuio: & dextrū latronē i crucis patibulo: & da vt cū petro pētā mea digne fleaz cū maria magdalena pfecte te diligā/ & cum latrone eternaliter tevideam. Qui viuis & regnas deꝰ: per oia scla seculorū. Amen.

Hore intemerate Marie virginis secundū verum vsum Romanum castigatius ordinate sine cuiuslis omissione. In quibus etiā nichil lōgius requirēdū est: Sequunt feliciter.

Ad matutinas.



Egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet.



Omine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudē tuā. Deus in adiutorium meum intende. Omine ad adiuuandum

In principio creauit deus celum et terram ante ea. i.

me festina. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum amen. Alleluya.

Iste dicuntur a pascha resurrectionis vsq; ad septuagesimam. & a septuagesima vsq; ad pascha dicitur. Laus tibi domine rex eterne glorie. Inuitatorium. Aue maria gratia plena Dominus tecum. Aue maria. ℣ Psalm.

Venite exultemus dño iubilem⁹ deo salutari nostro/ preoccupem⁹ faciez eius in confessione. & in psalmis iubilemus ei. Aue maria gratia plena dñs tecũ. Quoniam deus magnus dominus & rex magn⁹ super omnes deos/ qm̃ nõ repellet dom⁹ plebẽ suã quia in manu eius sunt omes fines terre: & altitudines montium ipse conspicit Dñs tecũ. Qm̃ ipsi⁹ est mare & ipe fecit illud & aridã fundauerũt man⁹ ei⁹/ venite adoremus & procidamus ante deũ plorem⁹ corã dño qui fecit nos quia ipse est dñs de⁹ noster nos autem populus eius & oues pascue eius Aue maria. Hodie si voce ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vestra/ sicut i exacerbatione secdm diẽ tẽtatiõis in deserto vbi tẽtauerunt me patres vestri: pbauerunt & viderũt opera mea. Dñs tecũ. Quadraginta ãnis proximus fui generatiõi huic & dixi semper hi errant corde/ ipsi vero nõ cognouerũt vias meas quib⁹ iurauí in ira mea si introibunt in requiem meam. Aue maria. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum amen. Dñs tecum. Aue maria. ℟ Hymnus.

Qvem terra põthus ethera colũt adorant predicant trinam regẽtẽ machinam claustrum marie baiulat. Cui luna sol & omnia deseruiunt per tempora perfusa celi gratia gestãt puelle viscera. Beata mater munere cuius supernus artifex mundũ pugillo continens ventris sub archa clausus est. Beata celi nuncio fecunda sctõ spiritu desideratus gẽtibus cuius per aluum fusus est. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre & sctõ spiritu in sempiterna secula. Amẽ. ℣ Iste psalmus & alii duo sequentes cũ suis antiphonis dicunt diebus dñicis lune & iouis. Añ. Benedicta tu. ℣ ps.

Domine dñs nr̃: q̃ admirabile est nomen tuũ i vniuersa terra. Qm̃ eleuata est magnificẽtia tua: super celos. Ex ore infantiũ & lactẽtium perfeciſti laudẽ ꝓpter inimicos tuos: vt destruas inimicũ & vltorẽ

Fecit deus de duo terre tur ta speciem su a. Genesis. i.

Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunā & stellas que tu fundasti. Quid est homo q memor es eius: aut filius hominis quoniā visitas eum. Minuisti cū paulomin⁹ ab angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues vniuersas: insuper & pecora cāpi. Volucres celi & pisces maris: qui perambulāt semitas maris. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri. Añ. Benedicta tu i mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Añ. Sicut mirra. Ps.

Eli enarrant gloriaz dei: & opera manuum eius annunciat firmamentuz. Dies diei eructat v̄bum: & nox nocti indicat scientiā. Non sunt loq̄le neq; sermones: quorum non audiantur voces eorum. In omnem terrā exiuit sonus eoruz: & in fines orbis terre verba eorū. In sole posuit tabernaculū suū: & ipe tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currēdam viā: a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Lex dñi imaculata

conuertēs a nimas testimonium dñi fidele: sapientiā p̄stans parvulis. Iustitie dñi rectē letificantes corda: preceptuz dñi lucidum il luminans oculos. Timor dñi sanct⁹ pmanet in seculū seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem precio sum multuz: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tu⁹ custodit ea: in custodiēdis illis retributio multa. Delicta q̄s intelligit ab occultis meis mūda me: & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dñati tūc imaculat⁹ ero: & emūdabor a delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloqa oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Esto adiutor meus: & redemptor meus. Gloria patri. Añ Sicut mirra electa odorem dedisti suauitatis sēt̄a dei genitrix. Añ. Ante thorum. p̄s.

Omini est terra & plenitudo ei⁹: orbis terrarum & vniuersi qui habitāt in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina preparauit eū. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mundo corde qui non accepit in vano aiam suaz nec iurauit in dolo proximo suo. Hic acci

Faciamus hominē ad ymaginē & similitudinē nr̄am &c.




piet benedictionē a dño: & misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio querentium eum: querentiū faciē dei iacob. Attollite portas principes vras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dñs fortis & potēs dñs potens in prelio. Attollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie. Gloria pri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc & semper: & in secula seculorum amen. Añ. Ante thorum huius virginis frequētate nobis dulcia cantica dragmatis. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. &c. ℣. Benedictio. Precibus & meritis. vt sequitur post. Iste plalm⁹ & alii duo sequētes cum suis antiphonis dicūtur diebus martis & veneris. Añ Specie tua. ℣.

Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opa mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribētis. Speciosus forma pre filiis hominū / diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo sup femur



tuum: potētissime. Specie tua & pulchritudine tua: intēde prospere, procede & regna. Propter veritatem & māsuetudinem & iusticiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute populi sub te cadēt: in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortib⁹ tuis. Mirra & gutta & casia a vestimētis tuis a domibus eburneis: ex quib⁹ delectauerunt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniā ipse est dñs deus tuus & adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus in fimbriis aureis: circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eā: proxime eius afferētur tibi. Afferentur in leticia & exultatione: adducētur in tēplū regis. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filii: cōstitues eos principes sup oēm terrā



Memores erūt nominis tui domine: i omni generatiōe & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: & in seculum seculi. Gloria patri. Añ. Specie tua & pulcritudine tua intende prospere procede & regna. Añ. Adiuuabit eam. Ps.

Deus noster refugium & virt⁹: adiutor in tribulationibus q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebim⁹ dū turbabitur terra: & trāsferent̄ mōtes i cor maris. Sonuerunt & turbate sunt aque eorum: cōturbati sunt mōtes i fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sūt gentes & inclinata sunt regna: dedit vocē suā mota est terra. Dominus virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob. Venite & videte opera domini que posuit prodigia super terram: auferens bella vsq; ad finē terre. Et cum cōteret & confringet arma: & scuta cōburet igni. Vacate & videte q̄n ego sum deus: exaltabor in gentibus & exaltabor i terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob. Gloria patri. Añ. Adiuuabit eā deus

Cū esset desponsata mat̄ dñi ma⁹ia ioseph:

añs̄ cōuenirent inuēta ē i vtero hab. sc. vt dr.

Sīd terra mea pmi scatio et inde occupauit vxorē fi. gen. 1.4.

Pater ergo eā a pre et⁹ i dabit tibi ē in vxorē. Thobie. 6.

vultu suo deus in medio eius non cōmouebitur. Añ. Sicut letantium. Ps.

Fundamēta eius in montib⁹ sanctis: diligit dñs portas syon super oia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab & babilonis: scientiū me. Ecce alienigene & tyrus & populus ethiopum: hi fuerūt illic. Nunquid syon dicet homo & homo natus est i ea: & ipse fundauit eā altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorū: & principū horum qui fuerunt in ea. Sicut letantiū oīm: habitatio est in te. Gloria pri. Añ. Sicut letantium oīm nostrū habitatio est in te sancta dei genitrix. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea bñdixit te deus in eternum. Pater noster. Benedictio. Lectiōs & meritis. vt sequitur post. Iste psalmus & alii duo sequentes cū suis antiphonis: dicuntur diebus mercurii & sabbati. Añ Gaude. Ps.

Cantate dño canticum nouum: cantate domino oīs terra. Cantate domino & benedicite nomini eius: annūciate de die in diē salutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius: in oībus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus &

Ipsa cōteret caput tuū: tu insidiaberis calcaneo eius. Gen. 3.

Sūt rogo in solo vestre fuerit tr̄a sic erit in. sc. Judicū. 6.

Dñus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitate

galilee cui nomen nazareth ad vg. Luce. 1.

laudabilis nimis: terribilis est super oēs deos. Quoniam omnes dii gentiū demonia: dominus autez celos fecit. Confessio & pulcritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gentiuz afferte domino gloriam & honorez: afferte dño gloriā nomini eius. Tollite hostias & introite i atria eius: adorate dñm in atrio sancto ei⁹. Cōmoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi & exultet terra/ cōmoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi & oīa que in eis sunt. Tunc exultabūt omnia ligna siluarum a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: & populos i veritate sua. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in pricipio. añ. Gaude maria vgo cūctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. añ

Omin⁹ regnauit ℣ Dignare me. ℟. exultet terra: letentur insule multe. Nubes & caligo in circuitu ei⁹: iusticia & iudicium correctio sedis ei⁹. Ignis ante ipsū pre-

cedet: & inflammabit in circuitu inimicos ei⁹. Illuxerunt fulgura ei⁹ orbi terre: vidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini oīs terra. Annunciauerunt celi iusticiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius. Cōfundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & letata est syon. Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua domine. Quoniam tu domin⁹ altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super oēs deos. Qui diligitis dominū odite malum/ custodit dñs aias sanctorum suorū: de manu pctōris liberabit eos. Lux orta est iusto: & rectis corde letitia. Letamini iusti in domino: & confitemini memorie sanctificatiōis eius. Gloria patri. añ. Digna re me laudare te virgo sacrata da michi virtutem contra hostes tuos. añ. Post partum. ℣.

Cantate dño canticuz nouū: qa mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera ei⁹: & brachium sanctū eius. Notum fecit dñs salutare suum: in cōspectu gentiū reuelauit iusticiā suā. Recordatus est mie sue: & vitatis sue domui israel. Viderūt oīs termini

terre: salutare dei nostri. Jubilate deo omis terra: cãtate & exultate & psallite. Psallite dño in cythara in cythara & voce psalmi: in tubis ductilib⁹ & voce tube cornee. Jubilate ĩ cõspectu regis dñi: moueat mare & plenitudo eius orbis terraruꝫ: & q habitãt in eo. Flumina plaudẽt manu simul mõtes exultabũt a conspectu dñi: qm̃ venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terrarũ in iustitia: & populos ĩ equitate. Gloria patri. Añ. Post partũ virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede p nobis. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis ℟. Propterea benedixit te deus ĩeternum. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicto. Precibus & meritis beate marie virgis & omnium sanctoruꝫ perducat nos dominus ad regna celorum. Amen. Jube domine benedicere. Nos cum prole pia benedicat virgo maria. Amen. Lectio prima.

In omnibus requiem quesiui & ĩ hereditate domini morabor: tũc precepit & dixit michi creator omnium. & qui creauit me requieuit ĩ tabernaculo meo: & dixit michi. In iacob habita & ĩ israel hereditare: & in electis meis mitte radices. Tu autẽ domine miserere nostri. Deo gratias. ℣. Sancta

& imaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio Quia quem celi capere nõ poterant tuo gremio cõtulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Quia quem celi capere non poterãt tuo gremio contulisti. Jube domine benedicere. In omni tribulatione & ãgustia succurrat nobis virgo maria. Amen. Lectio secunda.


In sy5 firmata sum & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & ĩ hierusalem potestas mea. Et radicaui ĩ populo honorificato & ĩ partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine sanctorũ detẽtio mea Tu autẽ domine miserere nostri. Deo gras. ℣. Beata es virgo maria que dominum portasti creatorem mundi. Genuisti qui te fecit & ĩeternum permanes virgo. ℣. Aue maria gratia plena dominus tecum. Genuisti qui te fecit & ĩneternum permanes virgo. Jube domine benedicere. Per virginem matrem concedat nobis dominus salutẽ & pacem. Amẽ


Vasi cedrus exaltata sum Lectõ tertia in libano: & quasi cypressus ĩ mõte syõ. Quasi palma exaltata sũ in cades: & quasi plantatio rose in hierico Quasi oliua speciosa in campis: & quasi platanus exaltata suꝫ













iuxta aquas. In plateis sicut cynamomuz & balsamum aromatizãs odorẽ dedi: & quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. ℣ Felix namq; es sacra virgo maria & oi laude dignissima Quia ex te ortus est sol iusticie. Christus deus noster. ℣ Ora pro populo/ interueni pro clero/ intercede pro deuoto femineo sexu. sentiant omnes tuum leuamen quicũq; celebrant tuam commemorationẽ. Quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster Gloria patri & filio & spiritui sancto. Christus deus noster.

Canticũ sanctorum ambrosii & augustini.

TE deum laudamus: te dominum cõfitemur. Te eternum patrem: omnis terra veneratur. Tibi omnes angeli: tibi celi & vniuerse potestates Tibi cherubin & seraphin: incessabili voce proclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus: dominus deus sabaoth Pleni sũt celi & terra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus: apostolorum chorus Te prophetarum: laudabilis numerus. Te martyrum cãdidatus: laudat exercitus. Te per orbem terrarũ: sancta confitetur ecclesia Patrem immense maiestatis Venerandũ

tium verum: & vnicum filium. Sanctum quoq; paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorũ Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris Iudex crederis esse venturus Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos pretioso sanguine redemisti Eterna fac: cum sanctis tuis in gloria numerari Saluum fac populum tuum domine: & benedic hereditati tue Et rege eos: & extolle illos vsq; in eternum Per singulos dies benedicimus te Et laudamus nomen tuũ in seculũ: & in seculum seculi Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri Fiat mia tua domine super nos: quemadmodũ speranimus in te In te domine speraui: non cõfundar in eternum.

Ad laudes.



Eus in adiutorium meum intende. Domine
ad adiuuandū me festina. Gloria patri & filio.
Sicut erat in principio. Añ. Assumpta est. Ps.

Dominus regnauit decorē indutus
est: indutus est dñs fortitudinē & pre
cinxit se. Etenim firmauit orbē terre: qui nō
cōmouebitur. Parata sedes tua: extūc a se
culo tues. Leuauerūt flumina domie: le
uauerūt flumina vocē suā. Leuauerūt flu
mina fluct⁹ suos: a vocib⁹ aquarū multarū.
Mirabiles elatiōes maris: mirabilis in altis
dominus. Testimonia tua credibilia facta
sunt nimis: domū tuā decet sanctitudo dñe i
longitudinē dierū. Gloria patri & filio & spi
ritui sctō. Sicut erat in principio & nunc &
semper: & in secula seculorum amen. Añ. As
sumpta est maria in celū gaudent angeli lau
dātes bñdicunt dñm. Añ. Maria virgo. Ps.

Vbilate deo omis terra: seruite domi
no in leticia. Introite in cōspectu ei⁹
in exultatiōe. Scitote qm dominus ipse ē
deus: ipe fecit nos & nō ipi nos. Populus
eius & oues pascue eius / introite portas eius
in cōfessione: atria eius in hymnis cōfitemi
ni illi. Laudate nomen eius quoniam suā
uis est dns in etemū misericordia eius: & vsq
in generatione & generationem veritas eius
Gloria patri. An. Maria virgo assumpta ē
ad ethereum thalamum i quo rex regū stel-

Ipse franget
simulacra eo-
rum/ depopu-

Tabescrabo eos
rum: qui nō de
cēt. ic. osee. 10

Protexit de manu
tabulas: et cōfregit
eas. Exodi 32.

Inuenerūt vngue la
cēte sup lectum su3
in terra. 1. regum. 5.

lato sedet solio. Añ. In odorem. Ps.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit i te aia mea: q̄ multiplr̄ter tibi caro mea. In terra deserta iuna & iaquosa sic in sc̄to apparui tibi: vt videre v̄tutē tuā & gloriā tuā q̄ melior est mia tua sup vitas: labia mea laudabūt te. Sic bn̄dicā te in vita mea: & in noie tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & piguedine repleat aia mea: & labiis exultatiois laudabit os meum. Si memor fui tui sup stratū meum in matutinis meditabor i te: qa fuisti adiutor me⁹. Et in velamēto alarū tuarum exultabo adhesit aia mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vo inuanū q̄sierūt aiam meā introibūt in inferiora terre: tradēt̄ur in manus gladii partes vulpium erūt. Rex vero letabitur in deo laudabunt omnes qui iurāt in eo: quia obstructū est os loquentiū iniqua. Deus misereat nostri & benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos & misereat nostri. Vt cognoscamus in terra viā tuā: in oibus gentib⁹ salutare tuum. Cōfiteantur tibi populi deus: cōfiteantur tibi populi omnes. Letet̄ur & exultent gētes qm̄ iudicas populos i equitate: & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi

populi deus confiteantur tibi populi oēs: terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos de⁹: & metuant eum omnes fines terre. Gloria pri. Añ. In odore vnguentorum tuorum currim⁹. In odore vnguentorum tuorum currim⁹ adolescentule dilexerunt te nimis. Añ. Benedicta tu. Canticum trium puerorum.

Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate & superexaltate eū in secula. Benedicite angeli dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o. Bn̄dicite aq̄ oēs q̄ sup celos sunt dn̄o: bn̄dicite oēs virtutes dn̄i dn̄o. Bn̄dicite sol & luna dn̄o: bn̄dicite stelle celi dn̄o. Bn̄dicite ymber & ros dn̄o: bn̄dicite oīs spiritus dei dn̄o. Bn̄dicite ignis & estus dn̄o: benedicite frig⁹ & estas dn̄o. Benedicite rores & pruina dn̄o: bn̄dicite gelu & frig⁹ dn̄o. Bn̄dicite glacies & niues dn̄o: benedicite noctes & dies domino. Benedicite lux & tenebre dn̄o: bn̄dicite fulgura & nubes dn̄o. Bn̄dicat terra dn̄o: laudet & superexaltet eū in secula. Benedicite montes & colles dn̄o: bn̄dicite vniuersa germinātia in terra dn̄o. Bn̄dicite fontes dn̄o benedicite maria & flumina dn̄o. Benedicite & oīa q̄ mouent in aqs dn̄o: bn̄dicite oēs volucres celi dn̄o. Bn̄dicite oēs bestie & pecora

dño: benedicite filii hominũ dño. Benedicat israel dñm: laudet & superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño. Benedicite spiritus & anime iustorum dño: bñdicite sancti & humiles corde dño. Benedicite anania azaria misael dño: laudate & superexaltate eũ in scla. Benedicam⁹ patrem & filium cum sancto spiritu: laudem⁹ & superaltem⁹ eũ in secula. Benedictus es dñe i firmamẽto celi: & laudabilis & gloriosus & superexaltat⁹ i secula Amẽ. Aũ. Benedicta filia tua dño quia pter fructũ vite cõmunicauim⁹. ℣. Pulchras es

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eũ oẽs angeli eius laudate eum oẽs virtutes eius. Laudate eũ sol & luna: laudate eum oẽs stelle & lumẽ. Laudate eũ celi celorũ: & aque que super celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipe dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in eternũ & in seculũ seculi: preceptũ posuit & non preteribit. Laudate dominũ de terra: dracones & oẽs abyssi. Ignis grãdo nix glacies spũs procellarũ: q̃ faciũt verbũ eius. Montes & oẽs colles ligna fructifera & omnes cedri. Bestie & vniuersa pecora

Extende manũ tuã sup mare: et diuide illũ vt gra. exo. 14.

Abscõdert̃ palmi: tẽcũ vua sua quam posuerũt. Jud. 15

serpentes & volucres pẽnate. Reges terre & omnes populi: principes & oẽs iudices terre. Iuuenes & virgines senes cum iunioribus laudent nomẽ dñi: quia exaltatũ est nomen eius soli⁹. Cõfessio eius super celum & terram: & exaltauit cornu populi sui. Hymn⁹ omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi. Cantate dño cantice nouum: laus eius in ecclesia sanctorũ. Letetur israel in eo qui fecit eum: & filie syon exultẽt in rege suo. Laudẽt nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallãt ei. Quia beneplacitum est dño in populo suo: & exaltauit mãsuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture corũ: & gladii anceps in manibus eorũ. Ad faciendã vindictã in nationib⁹: increpationes in populis. Ad alligãdos reges eorũ i cõpedib⁹: & nobiles eorũ in manicis ferreis. Vt faciãt in eis iudicũ cõscriptũ: gloria hec est oĩbus sanctis ei⁹. Laudate dñm in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis ei⁹. Laudate eũ in virtutib⁹ ei⁹: laudate eũ secm multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube laudate eũ i psalterio & cythara. Laudate

Et accedẽs ten tauit: dixit ei. Si fili⁹ dei es:

Duc vt lapides isti panes fiãt. Matthei. 4.

Retraxeb. iura ergo meũ. vt raui ei⁹ ꝯ vendidit. Gen. 25

Dabit mittet q̃ bonũ est ingnũ ad pcẽdũ i pulcrũ. gñ. 1.

eū in tympano & choro: laudate eū in chordis & organo. Laudate eū in cymbalis bñsonantibus/ laudate eū i cymbalis iubilationis: oīs spūs laudet dñm. Gloria patri. Añ Pulchra es & decora filia hierusalē terribilis vt castrorum acies ordinata. Capitulum.

Ideruntcam filie syon & beatissimā predicauerūt: & regine laudauerūt eam. Deo gratias. Hymnus.

Gloriosa domina excelsa supra sydera
qui te creauit puide lactasti sacrovbere.
Quod eua tristis abstulit tu reddis almo
germine intrent vt astra flebiles celi fenestra
facta es. Tu regis alti ianua & porta lucis
fulgida vitā datam per virginem gentes redempte plaudite. Gloria tibi domine qui
natus es de virgine cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. ℣. Benedicta
tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fruct⁹ vē-
tris tui. Añ. Beata dei genitrix maria.

Canticum zacharie.

Benedictus dominus de⁹ israel: quia visitauit & fecit redemptionē plebis sue
Et erexit cornu salut[is] nobis: i domo dauid
pueri sui. Sicut locut⁹ est per os sanctorū:
qui a seculo sunt prophetarum eius. Salu

Voce magna clamauit. Lazare veni foras

Ex audiuit dñs vocē hēe: & reuersa ē anima pueri. 3. reg. xvii.

Ingressus helizeus domum: ecce puer mortu⁹ iac. 4. re. 4.

tem ex inimicis nostris: & de manu oīm qui oderunt nos. Ad faciēdam misericordiaz
cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. Ad iusiurandum quod iurauit ad
abraham patrē nostrum: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate &
iustitia coram ipso: oīb⁹ diebus nr̄is.
Et tu puer, pphēta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciē domini parare vias eius.
Ad dādam scientiam salutis plebi eius: in
remissionem peccatoruz eorum. Per viscera misericordie dei nostri: i quibus visitauit
nos oriēs ex alto. Illuminare his q in tenebris & in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos
pedes nostros i viam pacis. Gloria patri &
filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculoruz
amen. Añ. Beata dei genitrix maria ego per
petua/ templuz domini/ sacrarium spiritus
sācti, tu sola sine exemplo placuisti domino
nostro iesu christo. ora pro populo/ interueni pro clero/ intercede pro deuoto femineo
sexu. kyrieleyson Christe eleyson. kyrieleyson Domine exaudi orationem meā. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

Respice domine fa cies eius ne confundat

Dic hanc mecu gra cia[m] locut⁹ tua ne cr̄ 3 ser uo tuo. ois. —

Respondit rex. ecce video vos letuon sol⁹ eos. Dan. 3



Reminiscit et pietatis mitta quis dicent mihi.



Cui aut multum dimittitur: multum diligit. Luce. vij



Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuum angelo nunciante carne suscipere voluisti: presta supplicibus tuis. ut qui vere eam dei genitricem credimus / eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per christum.

℣. Cōmemoratio de sanctis. añ. Sancti dei omnes intercedere dignemini, pro nostra omniumq; salute. ℣. Letamini in deo & exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. ℣. Oratio.

Protege domine populum tuum & apostolorum tuorum petri & pauli & aliorum apostolorum patrocinio confidentes perpetua defensione perueniamus.

Omnes sancti tui quesumus domine nos ubique adiuuent / ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Et pacem tuam nostris concede temporibus / & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter / actus / & voluntates nostras & omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone / benefactoribus nostris sempiterna bona retribue / & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium animę defunctorum per misericordiam dei finem requiescant in pace. Amen.

℣. Ad primam.



Dixit dominus ad nathan. Peccaui domino. ij. Secundi regum. xij.




Et ecce maria apparuit eam deo lepra candida. Numeri. xij.

nē. Q ē eu puersus vitificabis nos: & plebs
tua letabit in te. Ostē de nobis dñe miaz tu-
am: & salutare tuū da nobis. Audiā qd lo-
quat i me dñs de: qm loquetur pacē in ple-
bē suā Et sup sctōs suos: & i eos q cōuertū-
tur ad cor Verūtamē ppe timētes cū saluta
re ipsi: vt inhabitet gloria i terra nra. Mi
a & veritas obuiauerūt sibi: iusticia & pax oscu
late sūt. Veritas de terra orta ē: & iusticia de
celo, pspexit. Etenim dominus dabit beni
gnitatem: & terra nostra dabit fructū suum.
Iustitia ante eum ambulabit: & ponet i via
gressus suos. Gloria patri. Mps.

Audate dominū oēs gētes: lauda-
te eum omnes populi Quoniā con
firmata est super nos misericordia eius: & ve
ritas dñi manet in eternū. Gloria patri. Aō
Assumpta est maria i celum gaudent angeli
laudantes benedicunt dñm. Capitulum.

Ve est ista que progredit quasi auro-
ra cōsurgēs/ pulcra vt luna/ electa vt
sol terribilis vt castrorū acies ordinata. Deo
gratias. Dignare me laudare te virgo sacra
ta. Da michi virtutem contra hostes tuos
ky rieleyson. Christe eleyso. kyri eleyso. Dñe
exaudi. Et clamor. Oratio.



Et ingressus ten
plū cepit eius
re oneros ve

dero dicens.
Dom⁹ mecum
mi⁹. xc. Lu. 19.

DEus qui virginalem aulam beate ma
rie v̄ginis in qua habitares eligere di
gnatus es: da quesumus. vt sua nos defensio
ne munitos/ iocundos faciat sue interesse cō
memorationi. p⁹ ℣ Pro sanctis. añ. Sancti dei
omnes intercedere dignemini pro nostra omni
tunq; salute. ℣ᵍ. Letamini in dño & exultate
iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oro.
EXaudi nos deꝰ salutaris noster & apo
stolorū tuorum petri & pauli & alio
rum apostoloruz nos tuere p̄sidiis: quoruz
donasti fideles esse doctrinis. Per ℣ Orano
OMnes sancti tui q̄sumus dñe nos vbi
q; adiuuent/ vt dū eoruz merita reco
limus patrocinia sentiamus. Et pacez tuam
nostris concede tēporibus: & ab ecclesia tua
cūctā repelle nequitiā. Iter/ actus/ & volūta
tes nostras/ & omnium famulorum tuoruz
i salutis tue prosperitate dispone: benefacto
ribus nostris sēpiterna bona retribue/ & oi
bus fidelibus defūctis requiē eternā cōcede.
Per dñm. Dñe exaudi oronē meā Et clamor
meus ad te veniat. Benedicamus domino.
Deo gratias. Fideliū a ie defunctorum p mi
sericordiā dei requiescāt in pace. Amen.

℣ Ad tertiam.

Nunqd spelūca la
tronū facta ē dom⁹
ista mea iuo. Ihe. 7.

Dom⁹ mecū dominū
oronis vocabit eam
cius popul'. Is. 56



DEus in adiutorium meum intende. ℣ Domine
ad adiuuandū me festina. ℣ Gloria patri & filio.
Sicut erat in principio. ℣ Hymnus.

Memento salutis auctor q̄ nostri quòd̄ corporis ex illibata v̄ginе nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie m̄ie tu nos ab hoste ꝓtege & hora mortis suscipe. Gloria tibi dñe qui nat⁹ es de virgine cum patre & sc̄to spiritu i sempiterna secula Amen. Añ Maria virgo. Ps.

principes sacerdotū & seniores ppli: cōsi

Ad dominum cū tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domie libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonib⁹ desolatoris. Heu michi quia incolatus me⁹ prolongatus est habitaui cum habitantibus cedar: multum incolatus fuit anima mea. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. Ps.

tūc fecerūt vt ille⁊ dolo temperēt. Mth. 2.

Leuaui oculos meos i mōtes: vnde veniet auxiliū michi. Auxiliū meum a domino: qui fecit celum & terrā. Nō det in cōmotionē pedē tuum: neq; dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit isrl. Dñs custodit te dñs ꝓtectio tua: sup manū dexterā tuā. Per diē sol non vret te: neq; luna per noctem. Dñs

Antequ accederet ad eos: cognouit illū orando. gñ. 18.

Dñe plurēs sūt qui tribulāt me: plurimi insurgūt ꝑ me. Ps. 3.

custodit te ab omni malo: custodiat aiam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuū: ex hoc nunc & vsq; in seculum. Gloria patri. Ps.

Letatus sū in his q̄ dicta sūt michi: in domū dñi ibim⁹. Stātes erāt pedes nr̄i in atriis tuis hierusalē. Hierusalē q̄ edificatur vt ciuitas: cui⁹ participatio ei⁹ i idipsū. Illuc enim ascēderunt tribus tribus dñi: testimoniū israel ad cōfitendum nomini dñi. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domū dauid. Rogate que ad pacē sunt hierusalē & abundantia diligentib⁹ te. Fiat pax in virtute tua: & abūdantia in turribus tuis. Propter fratres meos & ꝓximos meos: loq̄bar pacē de te. Propter domū dñi dei nr̄i: quesiui bona tibi. Gloria ꝑi. Añ. Maria virgo assūpta est ad ethereū thalamū i quo rex regū stellato sedet solio. Capitulū.

Commouit ea trigiara argēteorū crande

Tsicm syon firmata sum & i ciuitate sanctificata similiter requieui: & i hierusalē potestas mea. Deo gratias. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea bñdixit te deus in eternū. kyrieleyson. Christe eleyson. kyrieleyson. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Vetus ē verēndet ymaginē: mandatū nō vollu. gñ. 36.

Cum esset cum phutuf ar ramath⁹ ꝓ ꝑ sonis ꝓcep⁹ erat. Gñ. 30

Cenãib⁹ aũ eo accepit⁹ filio pane: tbũ

durit ac fregit deditq; dscis pus. Matt. 26

Melchisedech rex salē pferēs panē et vinū ybdit. gñ. 14.

Ite ē panio quem dño dedit vobis ad vescēdū. Exodi. 16.

DEus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi premia prestitisti/ tribue quesumus. vt ipam pro nobis itercedere sentiamus/ per quā meruimus auctorem vite suscipere. dñm nostrum iesum christum filiū tuum. ¶ Commemoratio de sanctis. añ. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. ℣. Letamini i domino & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. ¶ Oratio.

PRotege dñe populū tuū & apostolorum tuorū petri & pauli & aliorum apostolorum patrocinio cōfidentē/ perpetua defensione conserua. Per dñm. Orano

OMnes sancti tui qs dñe nos vbiq; adiuuent/ vt dum eoruz merita recolim⁹ patrocinia sentiam⁹. Et pacem tuam nostris cōcede temporibus: & ab ecclesia tua cūcta repelle nequitiā. Iter/ actus/ & volūtates nostras/ & oīm famuloruz tuorū in salutis tue psperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue/ & oībus fidelib⁹ defūctis requiem eternam cōcede. Per dñm Dñe exaudi. Et clamor. Benedicam⁹ domino. Deo gratias. Fideliū anime. &cetera.

¶ Ad sextam.



DEus in adiutorium meum intende. ℣. Domine ad adiuuandū me festina. ℟. Gloria patri & filio. Sicut erat in principio. ¶ Hymnus

Memento salutis auctor q nostri quõ
dã corporis ex illibata virgine nasce
do formã sumpseris. Maria mater gre mater
mie tu nos ab hoste protege & hora mortis su
scipe. Gloria tibi dñe q natus es de virgine
cum patre & sancto spiritu in sempiterna secu
la. Amen. Añ. In odorem. ℣ ps.

Ad te leuaui oculos meos: q habitas
in celis. Ecce sicut oculi seruorũ: in
manibus dñorũ suorũ Sicut oculi ancille
in manibus dñe sue: ita oculi nostri ad dñm
deũ nostrũ: donec misereat nostri. Miserere
nostri dñe miserere nostri quia multum re
pleti sumꝰ despectione. Quia multum reple
ta est aia nostra: opprobrium abundantibꝰ
& despectio superbis. Gloria patri. ℣ ps.

Nisi quia dñs erat in nobis dicat nunc
israel: nisi quia dñs erat in nobis. Cũ
exurgerent homines in nos: forte vivos de
glutissent nos. Cum irasceretur furor eo
rum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra for
sitan pertransisset anima nostra: aquam in
tollerabilem. Benedictus dominus qui
non dedit nos in captione dentibus eorum
Anima nostra sicut passer erepta est: de la

Dedit huc do
nec cõfe: talli
plit petrũ. 12.

cophã. 7 iohan
nem fecũ. 7 ce
pit pauere.

Audi ẽcclũ ifrl disp
fũ mõdꝰ qñ ouer
non hñrẽ. 3. re. 22.

Audebis occidere
re: videbis eos cõtur
deo. 4. regum. 7.

queo venantium. Laqueus contritus est: &
nos liberati sumus. Adiutorium nostrum
in nomine domini: qui fecit celum & terram
Gloria patri. Sicut erat. ℣ ps.

Qui confidunt in dño sicut mons syõ
non cõmouebit in eternũ q habitat
in hierusalem. Montes in circuitu eius & dñs
in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsq; in
seculum. Quia nõ relinquet dñs virgã pec
catorũ super sortem iustorũ: vt nõ extendant
iusti ad iniquitatẽ manꝰ suas. Benefac do
mine bonis & rectis corde. Declinantes aũt
in obligationes adducet dñs cũ operantibꝰ
iniquitatem: pax super israel. Gloria patri
Añ. In odorem vnguentorum tuorum curri
mus adolescentule dilexerunt te nimis. Cpm

Tradicaui i populo honorificato: &
in partes dei mei hereditas illius: & i
plenitudine sanctorũ detẽtio mea. Deo gra
tias. ℣. Benedicta tu in mulierbus. ℟. Et bñ
dictus fructus ventris tui. kyri eleyson Chri
ste eleyson kyri eleyson. Domine exaudi oõ
nem meã. Et clamor. ℣ Oratio.

Concede misericors deꝰ fragilitati no
stre presidiũ: vt qui sancte dei genitricis &
virginis marie memoriã agimꝰ: intercessiõis eiꝰ

Jesus magistri
cum eiꝰ q̃ nu
me er ãt sup eũ.

peccauit q dixit
eis. quã quem
me Johãs. 18

Die dñe ignoba
cuille. amẽ dico vo
bis nescio. vñ. 25

Posuerũt ẽi ifrãr en
pẽs cum cãllo mũ
dũm. Apocalyp. 13

auxilio: a nostris iniquitatibus resurgamus
Per eundem dñm. ℣. Pro fctis. añ. Sancti dei
oēs intercedere digneminī pro nostra oīm
umq; salute. ℣. Letaminiin dño & exultate
iusti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Oro
Exaudi nos de⁹ salutaris noster & apo
stolorū tuorum petri & pauli & alio-
rum apostoloruz nos tuere ꝑsidiis: quoruz
donasti fideles esse doctrinis. Per. ℣. Oro.
Omnes sancti tui qsumus dñe nos vbi
q; adiuuent/ vt dū coruz merita reco-
limus patrocinia sentiamus. Et pacez tuam
nostris concede tēporibus: & ab ecclesia tua
cūctā repelle nequitiā. Iter/ actus/ & volūta-
tes nostras/ & omnium famulorum tuoruz
i salutis tue prosperitate dispone: benefacto
ribus nostris sēpiterna bona retribue/ & oi-
bus fidelibus defūctis requiē eternā cōcede.
Per dñm. Dñe exaudi oronē meā Et clamor
meus ad te veniat. Benedicamus domino.
Deo gratias. Fidelīū aie defunctorum p mi-
sericordiā dei requiescāt in pace. Amen.

Clauē cū⁹ oscu
latus fuero ip
se ē tenere eū:

et ducare eum
caute Et cūvt
nisses. Mat.i.

Ad nonam

Addux it eum io.ab
ad mediū poue vt
loqret ei Ido. 2.f.3.

Et cognouit iuncas
q; triphō cū dolo lo
qret.i.mach.13.

Deus in adiutorium meum intende. ℟. omi
ne ad adiuuandum. ℣. Gloria patri & filio: &
spiritui sancto ℟. sicut erat. ℣. Hymnus

MEmento salutis auctor q̄ nostri quō
dā corporis ex illibata v̄ginē nascen
do formam sumpseris. Maria mater gratie
mr̄ mie tu nos ab hoste ꝓtege & hora mor
tis suscipe. Gloria tibi dñe qui natꝰ es de vir
gine cum patre & sancto spiritu i sempitema
iecula. Amen. Añ. Pulcra es. ℣. ps.

IN conuertendo dñs captiuitatē syon
facti sumus sicut consolati. Tunc re
pletum est gaudio os nostrum: & lingua no
stra exultatione. Tunc dicent inter gentes:
magnificauit dñs facere cū eis. Magnifica
uit dominus facere nobiscum: facti sumꝰ le
tantes. Conuertere domine captiuitatē no
stram: sicut torrens in austro. Qui seminat
in lachrimis: in exultatione metent. Euntes
ibant & flebant: mittentes semina sua. Ve
nientes autem venient cū exultatione: portan
tes manipulos suos. Gloria patri. ps.

NIsi dñs edificauerit domum: inuanū
laborauerunt qui edificāt eam. Ni
si dominus custodierit ciuitatem: frustra vigi
lat qui custodit eam. Vanū est vobis ante
lucem surgere: surgite postq̄ sederitis qui mā
ducatis panem doloris. Cum dederit dilec
tis suis somnum: ecce hereditas domini filii
mercedes fructus vētris. Sicut sagitte in ma
nu potētis: ita filii excussorum. Beatꝰ vir
qui implebit desiderium suum ex ipsis: non
confundetur cum loquetur inimicis suis in
porta. Gloria patri. Sicut erat. ℣. ps.

